



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

LII. Der Bischof Gernand bestätigt eine Schenkung an das Hospital des Domstiftes, am 4. April 1225.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

LII. Der Bischof Gernand bestätigt eine Schenkung an das Hospital des Domstiftes,
am 4. April 1225.

— Gernandus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus, — cum ad hoc devotionem Danielis militis de Mukeda reverentia Jesu Christi ac ejus charitas invitarint, ut anime sue parare desideret ad eterne beatitudinis premium obtinendum, obtulit idem miles de consensu et sine contradictione nostra omnipotenti deo et beato apostolo ejus, Petro, ad usus hospitalis ecclesie nostre cathedralis in Brandenburg, feodum quatuor mansorum in Pritzerwe, quod tenebat a nobis, et pratum quoddam, situm inter pratum nostrum et opidum nostrum Pritzerwe, in suorum et uxoris sue remedium peccatorum, ita tamen, quod quamdiu vixerint ambo simul vel alter eorum altero mortuo eorundem mansorum redditus maneat apud ipsos; si tamen unus superstes fuerit, ducere castam vitam voluerit absque copula conjugali, quod si forsan ad alterius matrimonii copulam convolare voluerit, cedent ecclesie nostre prefate ad usus hospitalis ipsius et commodum iidem mansi et omnem ex eis ad elemosinas pauperum Christi percipiet usufructum nec alias iidem redditus expendent, ut elemosinarum presentia illos invitet devotio et inducat, ut pro ipsis benefactoribus suis orent. Et conventus quidem ecclesie nostre predicte tam ipsius militis quam uxoris sue prefate anniversarium suum diem agat. Ut autem hec nostra donatio et militis sepedicti ordinatio et oblatio ecclesie sepedicte ad usus hospitalis ejus maneat perseverans et perpetuis temporibus inconvulsa, ipsam presenti scripto nostro, impressione sigilli nostri munito, duximus roborandam, sub anathematis interminatione districtius inhibentes, ne quisquam presumat eam alicujus presumptione malevolentie lacerare, que subscriptorum virorum testimonis est munita, videlicet Johannis de Capella parrochiani in Brandenburg, Jacobi plebani in Milowe, magistri Wilhelmi de Pritzerwe, Hinrici plebani de Plawe, Johannis plebani de Motennyz, Johannis plebani de Banthyz, laicorum comitis Bederici de Beltyz, Alberti advocati de Spandow, Sifridi de Stegeliz, Ottonis advocati de Brandburch, Alberti militis de Pritzerwe, Jordani militis in Pritzerwe et aliorum multorum. Datum Brandburch II. nonas Aprilis anno ab incarnatione domini M^o. CC^o. XXV^o.

Nach der Copie im Copialbuche.

LIII. Der Bischof Gernand schenkt dem Dom-Capitel das Dorf Göpel zu Lichtern in der
Kirche, im Jahre 1226.

— Gernandus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus, dilectis in Christo filiis Alberico preposito, Heinrico priori ac toti ejusdem ecclesie capitulo, — nos ad laudem et gloriam Jhesu Christi beati que Petri, apostolorum principis, patroni ecclesie nostre, cui presidemus indigni, vobis et officio custodie tradimus et donamus ad luminaria concinnanda villam Gople cum agris, pascuis, aquis et pratis pertinentibus ad eandem. Damus eidem nihilominus villicationem ipsius ville, videlicet civium magistratum cum mansis illi addictis, advocatiam quoque nobis liberam et vacantem et gurgultum quoddam in Obula, quod Guer vulgari nomine dicitur, quod Heinricus Slavus, magister civium dicte ville, tenebat a nobis, statuantes, ut de omnibus his prescriptis lumina ecclesie pro-